remedio temperetur; Nam xps non tantum his inimicis nos
tris consuluit / sed & nobis uoluit esse consultum / Cum aduer
sariis nostris peccata laxamus; maius enim beneficium cũ
concedis agnoscis / & cum de inimici culpa dissimulas / de
tuis delictis solita benignitate dñs exoratur. & inimi
ci peccata solacium ueniȩ promerentur; & audi heli di
centem ad filios suos; Si peccans peccauerit homo in homi
ne / orabunt pro eo ad dñm, si autem in dm̃ peccauerit homo
quis orabit pro eo / Uides quod illud uulnus facile ne cora
tione sanatur / & quod oratione non soluitur / Cum pec
catum concesseris inimico / tibi quoque donatur; Unde
decem milia talentorũ in dm̃ peccata dicta sunt / & centum
denarii ita nuncupantur; Dimitte inquit centum dena
ria / ut tibi decem milia talenta dimittantur; Sed de oratio
ne inimicorum abundanter huc usque processit oratio /
Sed si placet ad tractatum proditionis redeamus.
Tunc abiit unus de duodecim iudas scariotes ad principes sa
cerdotum / & ait illis; quid uultis mihi dare & ego uobis tra
do eum. haec uerba praecepta simpliciter apta monstrant /
& aurib; minus curiosis in gesta plana putantur; Sed si quis
ea diligenti sollicitudine scrutari temptauerit / in singulis
multum reperiet questionem / & primum tempus in
spiciendum est; Ne enim illud inaniter euangelis
ta monstrauit / Non enim simpliciter abiit sed addidit
& tunc; Tunc inquit abiit / tunc quando audiam. tunc
quando cognoscam / & cur tempus diligenter ostendis
quid me docere disponis; Non enim tunc uerbum inani

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0089